



The background of the entire page is a traditional marbled paper pattern. It features a complex, organic design with swirling, cell-like shapes. The primary colors are a deep, rich red, a dark, almost black blue, and a creamy off-white. The pattern is dense and intricate, with the colors blending and swirling together to create a sense of movement and depth. The marbling is centered around a white rectangular label.

DUKE  
UNIVERSITY  
LIBRARY

*Treasure Room*



L+ 429

3000

Ex. Noion.

Problem

186

1035

1035

4/10

# EMBLEMATA

## MORALIA, ET OECO-

## NOMICA, DE RERVM VSV ET ABV-

SV, OLIM INVENTA ET BELGICIS RITH-

mis explicata à Theodoro Cornhertio rerum politica-

rum suo tempore, inter Belgas peritissimo; nunc  
verò varijs carminum generibus recens

illustrata à

*Richardo Lubbaeo Broecmerio Friso.*

Menander:

ΜΑΚΑΡΙΟΣ ΟΣΤΙΣ ΟΥΣΙΑΝ ΚΑΙ ΝΟΥΝ ΕΧΕΙ  
ΧΡΗΤΑΙ ΓΑΡ ΟΥΤΟΣ ΕΙΣ Α ΔΕΙ ΤΑΤΗ, ΚΑΛΩΣ.

*J. Baleschius. Ad. g.*



ARNHEMI.

Apud Ioannem Iansonium Bibliopolam ibidem,  
sumptibus Theodori Petri Bibliopola  
Amstelrodamiensis, 1609.

OPULENTIA NON EXHILARAT.

*nec paupertas contristat.*

Melior est buccella panis cum gaudio, quàm  
domus plena victimis cum iurgio.

*Proverb. 17. 1.*



*Mens hominis varîe rerum simulachra figurat  
Hinc non luxuria ducit Adamus Eden:  
Et pius erumnas tolerat nec sentit amaras,  
Sed cotem fidei deputat esse sua.*

Tr. R.  
C. 778 E

DE RERVM.  
VSV ET ABVSV.



175223

3/2/31  
- Ice 7  
7.  
John Grant  
1774. 73  
English

Benevolo lectori,  
S. P. O.

**D**Vo te, lector benevole, rogatum volo; Primum, ut  
ignoscas mihi, quod nobilissimam hanc materiam  
meis carminibus ex iudicio nec atate nec vario-  
rum auctorum lectione satis confirmato profectis illustra-  
re ausus fuerim, parum memor precepti Horatiani: *Sit  
enite materiam vestris, qui scribitis, equam  
viribus; & versate diu quid ferre recusent.  
Quid valeant humeri*

**A**lterum est, ut (quoniam exiguo temporis spatio om-  
nia exarare coactus fui) candidè interpreteris, si quã  
in re materie dignitatem non assecutus sum, aut minus  
convenientia otiosaue epitheta adhibui. Alias forsàn, si  
Deus vita usuram mihi conceperit, his meliora & accura-  
tius sub limam revocata dabimus: Vale meisq; juvenilibus  
conatibus fave.



**E**Xultare hominum lætis præcordia fibris:  
Rectus facit rerum usus \* & multâ beat.

\* τὸν θεὸν ποῶ  
λυκτέανον  
καὶ πλέσιόν  
ἐσι δίκαιον  
χλήξεν, ὅς  
χρηθαι  
τοῖς ἀγα-  
θοῖς δύναται.

Utilitate; trahit contrâ exitialis abusus  
Secum dolores atq; morbos plurimos.

Vitigeni laticis dulci de fonte venenum  
Sugit Capistro mancipata Bacchio &

Turba ignara meri generosi virium & usus:  
Bilance verò pectoris cati omnia.

Qui trutinat, sic lethifero per sæpe veneno,  
Ut sanitati consulat suæ, utitur;

Illæso sanus pede cum per, devia tendit:  
Dumeta, plumis mollibus fotum pedem.

Quem sentes pupugère, dolor grauis angit & urit:  
Pugnæ imperitus ensis apprenso suam.

Dilacerat mucrone manum; sapientior enses  
Capulo tenet lætusq; fert victoriam.

Non mala pauperies per se est, opulentia & ipsa  
Damnosa non est, si quis utitur bene:

Omnia sed stolidos, in quos dominatur abusus:  
Rerum bonarum, maximis mulctant malis.

QVID SIT EGESTAS ET OPULENTIA.

Initium vite hominis aqua & panis & vestimentum,  
& domus tegens turpitudinem.

Ecc. 29. 28.



*Pauperie cruciatur Achab in diuitem regno,  
Nabothi vites cum cupit esse suas.  
At Paulus diues sub paupertate videtur:  
Omnia diues enim qui facit apta sibi.*

**S**unt queis res accisa domi est, & curta supellex;  
Sunt quibus haud defunt fulvi pretiosa metalli  
Pondera, regales & vasa imitantia luxus;  
Sunt quibus & modica est opulètia munere summi  
Rectoris concessa poli: quos vulgus iniqui  
Iudicij implicitum morbo satis esse beatos  
Non putat, assiduo quòd membra labore fatigent.  
Vitam inopes miseram, locupletes quiq; beatam  
Degere creduntur: lucri hinc male suada Cupido  
Pectora multorum stimulis flagrantibus urit  
Posthabitâ ut virtute opibus valido impete mentis  
Incumbant corradendis. O pectora rerum  
Humanarum ignara! licet sub paupere tecto  
Reges & regum vitâ præcurrere amicos.  
Vir bonus & sapiens, stolido qui rebus adhæret  
Non animo externis, sed diæ indagine mentis  
Omnia rimatur, facilè hinc intelligit, ulli  
Pauperiem per se nunquam peperisse dolores,  
Lætitiâ nec opes multo sudore paratas.

ABVSVS TRISTITIAM, VSVS VOLVPTATEM PARIT.

Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.

*Matth. 6. 22.*



*Diuitiis locuples Dominum collaudat Iobus,  
Oppressus pleno laudat & ore Deum.  
Vtilis in cunctis pietas est: omnia puris  
Pura, sed impuris sunt male pura nimis.*

DEtra benigna Dei cui, quantum corpora lēdo

Et contegendo sufficit,

Erogat; huic nil deesse puto, nec nomine egeni

Vocandus ullo est tempore.

Ære, famis rabiem quæ sedent fercla parantur

Paruo; & licet circumdata

Purpureo non sit limbo aut fucata colore

Tyrio toga atq; fibulâ

Auratâ subnexa, tegit nostros tamen artus

Arcetq; cœli injuriam.

Hæc cui non desunt gelidæ cum copia \* aquai

Annona cara cum premit

Oppida, inops non est: Hoc si munita fuisset

Vallo Sagunthus, forsitan

Staret adhuc armis non expugnabilis ullis.

S A T diues ille est, diuitem

Esse putat qui se, quamvis non diues: avarus

Sed pauper est, promat licet

Delocuplete arca Peruanî mille talenta

Auri, atq; fulvas Iaspides.

\* και μαζω  
και υδωρ  
την ακροτά-  
την αποδι-  
δωσιν ηδονην,  
επειδ αν εν-  
δων τις αυ-  
τα προσε-  
γυγκηται.  
D. Laert. in  
vita Epicuri.

B

PAUPER TAS IMMERTA.

Dominus pauperem facit & ditat.

1. Regum 2. 7.



Vt Deus auctor opum quas olim Iobus habebat,

Sic paupertatis tum Deus auctor erat.

Qui bonum utrumque putat, Dominus quia donat utrumque,  
Ille animo forti semper utrumque feret.

**V**os, quibus effudit de pleno Copia cornu

Bona, queis & scrinia fului

Pondere turgescunt auri, percoxit eis

Ophijre quod flava caminis;

Parcite \* spernere eos elato pectore, durâ

Qui paupertate grauantur.

Inveniuntur enim multi, quos matris ab aluo

Inopis status excipit æv;

Aut quorum Oceani furor & vada naufraga gazas

Violenti vorticis æstu

Absorpsère; aut quos regnis excussit avitis

Sævo Bellona flagello.

Est idem Dominus, qui vos ditavit & illos

Voluit pro jure paterno

Durâ forte premi: huic res est gratissima, verâ

Vitam ratione gubernans

Æquo \* animo novit si quisquam viuere parvo,

Et si locuplete bonorum

Ditatus riuo contra pia numina cœli

Durâ haud cervice ferôcit.

\* ὅτ' ἐντυ-  
χεῖς μάλι-  
σα, μὴ μέγα  
φρόνει:  
Menander.

\* Pol si animus  
æquus tibi  
est, si tibi habes  
qui benè vi-  
tam colas;  
Plaut.

PAUPERITAS COMMERITATA

Vacantes potibus consumentur,

*Proverb. 23. 21.*

Anima dissoluta esuriet,

*Proverb. 19. 15.*



*Prodigus à luxu vitam traducit egenam.*

*Crescit secordi farris auena loco.*

*Ostia virginibus praecludit inertia somni:*

*Hac tria pauperies semina digna cadit.*



**T**Empore quod nostro laceras per tura per urbes  
Passim mendicare catarvus

**A**gmine conspiciamus denso, haud impingere cœlo  
Crimina nobis tanta licebit.

**S**unt etenim patrio quos acquisita labore

Cum Veneris consumere \* pullis

**N**octe dieq; juuat bona : sunt qui tempora pigro

Traducunt pretiosa sopore,

**C**um labor agricolas exercet plurimus arva

Torrentis sub sidere Seiri.

**S**unt & quorum animos incuria fida Vacunæ

Tam Firmo sibi fœdere junxit

**S**erva, uti flava sinant sata porcos vellere rostris

Obscœnis vicina per arua.

**A**fficit hos ergo meritis cum lurida egestas

Supplicijs post læta juventæ

**T**empora, ne mirère : cū nil additur unquam,

Et quem dextera prodiga semper

**V**ngue rapace terit, lento consumitur usu,

Ingens sit licet, æris acervus.

\* Παιδις  
vosis mere-  
trix Antioche-  
mis appella-  
tur Antho-  
log. lib. 1.  
cap. 29.

MENDICI AVARI.

Propter frigus piger arare noluit : mendicabit  
ergo æstate, & non dabitur illi.

Proverb. 20. 4.



*Ne des mendico perfricta munera frontis:  
Des inopi in vicos quem vetat ire pudor.  
Illos ambitio solita est saturare potentum.  
Hic iacet, & tandem, dum pudet usque peris.*

Η Οκκλήθει mendici pleriq; laborant

Omnes, omnia ut\* farcinā de locuplete penu

Civium honestorum tranquilla per otia opiment

Leventq; cunctis pectora Sollicitudinibus;

Quæ circumveniunt ciues pariterq; colonos

Deficiente Orione Per mare fluctifonum,

Astro siue Cleonæo sitientibus agris.

Quotidianis diuitum questibus auxilium

Sollicitant, vicos per & oppida cuncta vagantur

Timore seposito Dei Cumq; pudore fidē

Abiectā; annonæ præfertim quando per urbes

Vicosq; serpit caritas, quæ comitata fame

Amovet è vivis multorum corpora, honestus

Potentiorum ad limina quos vetat ire pudor

Si qua superfuerint ventris rabiosa vorago

Quæ frustra non absorbit, eximio pretio

Diuendunt aliis, generoso pectus honesto

Incoctum\* adire principū limina quos vetuit.

Inde pigris crescit paullatim ventribus ingens

Acervus argenti, pijs Subtrahiturq; cibus

Membris Christe tuis, quorum succurrere nolle

Parvā stipe indigentiaē judico grande nefas.

\* Sic loquitur

L. Scaliger in

Imbis gno-

micis. verè

aureis, nuper

editis op erā

doctissimi ju-

venis D.

Heinsij;

Ὁς ἀκοντί-

ζει σχοπέ

ἀγγίσει μοι-

σάν, ἢ ἐξαι-

ρέτων κἄπον

νέμεται.

\* Videfis com

mentarium

eruditissimum

E. Lubini in

Sat. 2.

A. Persij.

MENDICI EPICUREI.<sup>1</sup>

Seruo maleuolo tortura & compedes : mitte  
illum in operationem, ne vacet.

Eccl. 33. 28.



*Qui semel innocuum deterisit fronte pudorem,  
Mollicie vincit saepe datoris opes.  
Ille solet populi consumere dona benigni,  
Indulgens genio nocte dieq; suo.*

*Domino Rodolpho Artopæo diuini Verbi  
apud Franquerenses vigilantissimo praconi.*

**C**Vm tua vox animū quondam facunda salubri  
Docte Rodolphe meum

Doctrinā instrueret, memini te dicere & illud;

Quomodo cūque tua

Munera distribuas tacitā tecum ipse voluta

Mente: Quod egregiè

Te dixisse puto. Laceratas namq; cohortes

Secula nostra ferunt,

Quas bello indicto virtutibus alea \* pernox

Poclaq; plena iuuant:

Quæ & turpi in gluie rabidiq; voragine ventris

Ore tremente stipem

Collectam absorbent meretrices inter obœfas.

Hinc fit ut \* innocui

Sæpe fame pereant, metuit dum munera diues

Ne sua furciferi

Turpiter absument, Epicuri aut de grege porci

Illius immemores

Lucis, quâ pœnas scelerata à gente reposcet

Iudicis ira Dei.

\* Sic, custodia  
pernox, apud  
vidam lib. I.  
Christ.

\* Ingratus  
unus miseris  
omnibus nocet.



*Ignavum placide nimium tractare solemus,  
 Corpore qui valido scindere posset humum.  
 Hinc nimia exundat nebulonum copia passim,  
 Qui furtis vexant, cede bonosque necant.*

Segnitiem multi sectantur, & otio iuventæ V

Turpi labori destinata honesto

Tempora traducunt, lætiq; per omnium vagantur

Abominandos fornicēs luparum.

Decoctis opibus quando hos status excipit misellæ

Vitæ atq; venter ferculis sūctus

Intendi variis sensim tenuatur ingruente

Famis periculo, perpetrare furta

Occipiūt inhiantq; bonis, sibi quæ improbo labore

Mercator acquisiuit aut feracis

Cultor agelli: Alij verò loca saltuosa reddunt

Latrocinando infesta, nec verentur

Iura magistratūs iramq; Dei. Rogare quosdam

Stipem vetat vis infiti pudoris,

Rectaq; mens furtis latrocinijq; comparare

Opes; & hi quandoque destituti

Spe vitæ æternæ, laqueo gladiōue fluctibus ue

Vitæ misellæ finiunt dolores.

Liberi ut à teneris assuefcant arduo labori

Discant parentes hinc, virilis ævi

Tempore pauperiem perpeffi ne plagis dolosis

Irretiantur Dæmonis maligni.

VERI PAUPERES.

Quatenus fecisti vni de his fratribus meis  
minimis, mihi fecisti.

*Matth. 25. 40.*



*Barrabam absoluunt, Christum sine crimine damnant.*

• *Donatur sceleri, vita negata Deo.*

*Pascimus ignavos, iustis alimenta negamus:*

*Quomodo ritè locet munera, nemo videt.*



*Encomion Amstelodami Celebratissimi totius Orbis Empo-  
rij circa verorum pauperum curam, cum pio voto.*

**C**onfecti senio qui nutrimenta labore  
Lucrari nequeunt cottidiana sibi;  
Vel quos in lectis absumere pestifer æstus  
Congestas longo tempore cogit opes;  
Vel quibus eripuit teneris mors læva parentes,  
Victus inops viuis queis fuit usq; domi;  
Vel quos ob patriam pugnando vulnera passos  
Afflixit Mavors cladibus innumeris;  
Finibus aut patriis ob relligionis amorem,  
Quos pepulit Latij rafa caterva Lupi;  
Aut à continuo quos nulla labore reclinant  
Otia, nec natis sunt alimenta tamen;  
Hi sunt verè inopes, quos commendauit Iesus  
Nobis, cum peteret splendida templa poli.  
Quæcunque illorum fuerint fata munera in usum,  
Dextera cum largo fœnore nostra metet.  
Ciuibus Amstelijs manet altâ hoc mente repostû,  
Et memori Christi pectore dicta notant.  
In veros inope s quis amor, quæ cura sit illis,  
Pro merito haud dignè nostra Camæna canat,  
(Decantent alij, se tollere humi atque per ora  
Victores cupiunt qui volitare virûm,  
Vrbi & Lemiacæ Sophocleò digna Cothurno  
Carmina quos vulgus pangere agreste putat.)  
Illos namq; manet laus hinc, quam nullius unquam  
Instabiles poterunt ævi abolere vices.  
Muniat Amsteliûm cœlesti milite CHRISTUS  
Mœnia, ut æternâ pacè fruantur, Amen.

QVAE RES SINT NECESSARIAE.

Nihil intulimus in mundum: haud dubium quòd nec au-  
ferre quid possumus. Habentes autem alimenta &  
quibus tegamur, his contenti simus.

1. *Timoth. 6. 7.*



*Si pede sit maior, subvertit; si minor, vrit  
Calcens: aequalis conuenit vsque pedi.  
Qui sequitur fastum, nunquam contentus abibit:  
Sed cui conueniet res sua, tutus erit.*

L Atrante ventre arentibusq; faucibus,  
Per arva Cauri & mugiente flamine,  
Quoi quo famem, sitim, geluq; possiet  
Arcere, non deest; indigum se nullius  
Putet rei. Nam prodiens sub luminis  
Oras homo non auri onustus pondere est  
Gemmisve diues, \* ente nec cinctus graui,  
Sed vagiens & indigen s humi jacet  
Opis alienæ. Hoc Ethnicorum principes,  
Meliore queis luto Prometheus finxerat  
Corda, Duce Naturâ ingenî quondam impete  
Sagaciore ponderâre, plurimi  
Quam Christiiani (prô pudor;) quos æquum erat  
Sub rege Christo militare fortiter  
Contra rebelles animi auari turbines.

Sacrum illius corona strinxit verticem,  
Spiæa, rosas & inter artus fatidos  
Fovebimus? Contenta paucis æqua mens  
Viuit quietè, & qui remulco sublegit  
Littora molestè comparat quidem sibi  
Quotidiani frustra panis, mente sed  
Pacatiore quàm furens auri fame  
Mercator, olim vorticoso gurgite  
Cuius rates absorpsit Ægon spumifer.

\* Huc facit  
Iud Palladæ;  
Γῆς ἐπέβην  
γυμνός, γυ-  
μνός θ' ὑπὸ  
γαστρὶ ἀπέ-  
μι-

ABVSVS FORTVNARVM.

Qui diligit epulas, in egestate erit : qui amat  
vina & pinguia, non ditabitur.

*Proverb. 21. 17.*



*Qui supra citraue modum conuiuia tractant,  
Vel temere arripiunt omnia, egere solent.  
Prodigus & stulte temerarius omnia perdunt:  
Sponte sua, condens plurima, auarus eget,*

*Eruditione non minus, quàm nobilitate generis præstanti  
viro, Bonnoni Haijunga verbi diuini apud Vibelsbu-  
ranos ministro indefesso.*

**S**ic nostra Bonno magne Apollinis cliens  
Sunt comparata secunda

Multi ut, bonorum exuberant qui copiâ  
Largâ, benignitatis &

Fauoris immemores Dei cæco impetu  
Ruant Lyæi in prælia

Certentq; plenis poculis, & se cibis  
Ingurgitent adeò, ut fame

Tandem premantur, cum profundo abdomine  
Suasore decoxere opes

Luxu. Quibusdam, tantus est præcordia  
Pecuniæ augendæ calor,

Famelico ut satisfacere vix audeant  
Ventri, sinantq; æruginem

Argenti acervos contrahere: qui \* pauperes  
In affluente copiâ

Rerum omnium sunt verè & in se injurij.  
Alij relictis quæ tenent,

Quæ non tenet, dente expetunt auido cane  
Cum Æsopico \* DIMISSA QUID

PRÆSTENT PETITIS haud sciètes. Hos bonis  
Diserte Bonno abutier

Mortalium quis non videt, sese omnibus  
Exponere & ludibrio?

\* Huc pertinet Spigramma Palladæ:

Πλετον μὲν  
πλετοῦτος  
ἔχεις ψυχῆς  
δὲ πένης Θ.

Ὡ τῶις κληρο-  
νόμοις πλάσιε,  
σοὶ δὲ πένης.

\* Certa omitimus, dum incerta petimus, Plaut.

FORTVNARVM RECTVS VSVS.

Vita sibi sufficientis operarij condulcabitur,  
& in ea inuenies thesaurum.

Eccles. 40. 18.



Qui iuste partis moderatè viuuit, & apta  
Quasitum cura dat quoque pauperibus  
Ille Deo fidit, virtutem plus facit auro,  
Natura vitam conuenienter agis.

*Tam doctrinā quā familiā nobilitate maximè conspicuo  
viro Tatingio Ab Adelen, Domino in Belkum, etc.*

<b>B</b> Eatus ille qui procul	Benedictio per omnia
Negotijs forensibus	Fugacis ævi tempora
Et turbulentis fluctibus	Sic prosequetur, ut die
Belli paterno colligit	Functus supremo particeps
Ex rure Cereris munera haud	Fiat perennis gaudij
Mentita spem; qui Cypridos,	Inter beatos cælites.
Bacchi & Vacunæ servulos	Quas ergo laudes Maxime
Abominatus pectore	Tuis Tatingi Heroicis
Flagrante Sancti Spiritus	Virtutibus dignas canam,
Amore quæsitis bonis	Exemplo auorum quem juuat
Sic fruitur, illorum ut queat	Tranquilla vita, luxui
Succurrere indigentia,	Nec dedita, indigentia
Quos Christus ascensurus in	Sed pauperum semper patens:
Beata templa cœlitum	Adelenorum Frificis
Nobis alendos tradidit.	Inferta fastis nomina
Hic scilicet rectè utitur	Celebriora te duce
Opibus Dei indulgentiā	Fient, tuiq; nominis
Sibi advolutis: hunc Dei	Famam inclijtam Lebethridū.
Mori vetabunt carmina.	

QVID OPVLENTIA.

Sint mores sine avaritia, contenti præsentibus: ipse enim  
dixit, non te deseram neque derelinquam.

Hebr. 13. 5.



*Vulgari dicto populi bene dives habetur,  
Contentus vivit qui bene sorte sua.  
Sit tua fors Christus, ditaberis atque repente;  
Et propter Christum cuncta putabis acus.*



D. Sibrando Lubberto Celeberrimo apud  
Frisios Theologo.

**N**IL DEESSE EI PVTA, Sibrande sacrarum  
Legum Orthodoxe interpret ore facundo  
Dicere solebās, *POSSIDET QVI EVM, CVNCTÆ*  
**A QVOPERENNIDEFLVVNT OPESRIVO**  
Heros quis iste? Summi Filius Patris.  
Nostra expiauit qui cruore peccata  
Fuso suâq; morte mortis aternæ  
Cacodæmonumq; attriuit acriter vires,  
Vt libero s nos sisteret suo Patri,  
Hic quo velit cultu affici à sua gente  
Doctore te rectè didici & opes fluxas  
(Quarum cupidine usq; corda auarorum,  
Nunquam suâ contenta sorte fervescent)  
Posthabuj ei, cuius fauore **DIVES \* COR**  
Opes anhelat, blatta quas nec arrôdit,  
Æruginoso dente nec vetustatis .  
Vis atterit. Opulentia ergo quæ vera  
Sit, discat hinc, quemcunq; pestilens rerum  
Amor caducarum à Dei abstrahit Nato  
Fiatq; monitis cautiôr Sibrandi, quem  
Indefinenter copiâ ministrorum  
Ecclesiam ditare non piget Christi.

\* πλετος δ  
ψυχης  
πλετος με-  
νος εστι  
ειληθης.

PRODIGI.

Vacantes potibus & dantes symbola, consumentur.

*Proverb. 23. 2.*

Qui nutrit scortum, perdet substantiam.

*Proverb. 29. 3.*



*Quid mirum, fundos si prodigus euomat haustos:  
Illos comminuit faucibus antè suis.  
Gracari solitum tandem diuexat egestas,  
Qui vel pauperibus danda alimenta vorat.*

**L**Egis obliteri Iehovæ qui superfluas opes  
 Annuos redditusq; scortis, ganeonibus, coquils  
 Frugiperdis largiuntur\* & lauer nionibus  
 Nec querelis commoventur pauperum lugubrib<sup>9</sup>;  
 Luridâ (ni fallor) olim macerabuntur fame,  
 Patrios ubi ventre fundos prodigo decoxerint,  
 Et ostiatim parva panis frustra mendicaverint.  
 Serò tunc aureis querelis obserare pauperum  
 Quàm nefas sit grande discēt & profundo gurgite  
 Ventris absorbere fundos atq; patrias domos.  
 Ad fores fame perire Lurco dives Lazarum  
 Siuit, ignibus sed ipse est tortus infernalibus,  
 Cum sinu in fidelis Abræ Lazarus quiesceret  
 Immemor vitæ prioris & doloris pristini:  
 Atq; sic ei dolores teste sacrâ paginâ  
 Obtigêre sempiterni post brevem umbram gaudij.  
 Iudicî balance justâ ponderate hæc qui gulæ  
 Frena laxatis bibendo sanitatis prodigi.  
 Pauperum vultu & querelas tetrico averfamini.  
 Dexteram ultricem malorū si Dei haud horrescitis  
 Terreat vos salt em egestas, flebili quæ naniâ  
 Vos stipe, n rogare coget Ditiorum ad limina.

\* Σώματα  
 πολλά τρέφει  
 καὶ δώματος  
 πολλὰ ἀνα-  
 γείρειν, ἀτρα-  
 πὸς εἰς πένιαν  
 εἰς ἐτοιμασίαν  
 74.

A V A R I .

Vir cui dedit Deus diuitias, &c. nec tribuit ei potestatem Deus vt comodat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud. *Eccles, 6. 2.*



*Semper auaritia studium insatiabile macer:  
Crudelis miseris est famulisque suis.  
Quarit opes, quarum locuples & pauper abundas:  
Eius diuitias tinea saepe vorat.*

Cujus plus est quam satis, atque minus

Fruitur quam satis est, magis cibus

Quam ventri fauet attenuato

Sitis & famis incommoditate.

Patet hinc sua avarities fœda

Quam \* mancipia afficiat justo

Supplicio, quæ indigna alimentis

Iudicat ipsa suis. Ingratâ

Vndiq; opes sibi avarus mento

Corradit spretâ ratione

Iuris & æqui; at semper egebit,

Vt nos Flacce doces : Satiabitur

Nec magis gurges avaritiæ ære,

Olim quam violenta foci vis

Tædæ extinguitur injectu, aut quam

Ditis squallida tecta animarum

Complentur, quas pestifer æstus

Corporibus migrare subegit.

Opibus, vafrè quas ruspatur,

Non fruitur sed seruit iisdem

Nec sibi nec viro amicus ulli \* est.

\* Satis lepide  
quidam, dixe-  
runt eum,  
qui non est

Χρηματων  
παιρτερ

(Vt loquitur  
Apollodorus)  
id est qui pe-  
cunijs se sub-  
mittit, non  
possidere pe-  
cunias, sed  
possideri à  
pecunijs.

\* Vide Ho-  
rat. lib. 1. serm  
Sat. 1. v. 84.

SAPIENTES MVNDE.

Vbi thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.

LUC. 12. 34.



16

Horrescit mortem venientem diues, in auro  
Qui fuluo miseram spem, & fidemq. locat.  
Ille prius terra nigro condetar in orco,  
Auri quam terra gnauiter vsus erit.

**S**Tultus manifestus habetur,  
Præclara propago atauorum  
Ulbeli, iudice vulgo,  
Opibus qui seruit, easve  
Scelerum consumit in usus:  
Verum qui ita vivere lautè  
Scit uti sibi crescat acervus  
Magis argenti tamen, audit  
Sapiens, licet ille caducis  
Immersus rebus ad alta  
Non tendat culmina cœli.  
Hac captus laude profano  
Animo sic farier in fit  
Atheos; Bibe, lude, epulare,  
Tuaq; horrea lata, beavit  
Pleno quæ Copia cornu,  
Extende & viue quietè:

Studia hæc Deus odit & ipsū  
Insignit nomine stulti:


Sua namq; superstruit æmens  
Bibulæ magna atria arenæ,  
Largitoremq; bonorum  
Cunctorum opibus perituris  
Postponit, blatta vorabit  
Quas tandè aut dextra latronis  
Stimulata cupidine præda  
Rapiet. Neglecta jacet mens  
Virtutis inops, oneratur  
Pretioso at cista metallo.

Tibi mens generosior extat  
Haijunga floscule gentis  
Ulbeli, mente sagace  
Qui nocte dieq; Supremi  
Rimare oracla Ichovæ,  
Vates Iesus ejus olim  
Ut fecit, nec dominari

Tibi opes sinis, arua licet sint  
Tibi pinguia & ampla supellex.

RERVM INIQVA DISPENSATIO  
ET CONSERVATIO.

In præfenti tempore vestra abundantia illorum  
inopiam suppleat. 2. Corinth. 8. 14.



Quis sonat Christum, factis quem denegat: omnis:  
Lingua Deo fidit, quem cor adesse negat.  
Vita placet cumulantis opes, si splendida; vulgo:  
Astolidum sapiens hunc ait esse Deus.



Vulnerum Christi rigidos dolores,  
Imputatam & iustitiam fidemq;  
Qui crepat solam, sapiens habetur  
Iudice vulgo;

Quod nequit cæcâ proprius tueri  
Mente, quæ Summo Domino probentur,  
Qui siue sit verè sapiens Deiq;  
Verus amicus.

Non quidem nos hæc studia improbamus  
Præfulis cum mancipijs Latini,  
Ponderari at rem volumus bilance  
Mentis acutæ.

Multi enim Christum crucifixum adorant  
Ore, sed factis male-christianis,  
Cordis & fictâ pietate dete  
Stantur eundem.

Fonte opum de diuite quæ supersunt  
Æra, diffidente animo Iehovæ  
Anxiè abstrudunt ni amica fœdis.  
Scrinia blattis;

Aut gulæ impendunt studio occupatis  
Ventricibus mores patrios secundum,  
Sorte dum durâ pretiosa Christi  
Membra premuntur.

Christus accenset stolido hos popello:  
Pauperum sed qui placidâ aure questus.  
Suscipit verè est sapiens Deiq;  
Verus amicus;

Et suæ quondam fidei talento  
Credito multum Domino lucratur  
Ecœnoris, stultus tumulo quod altæ  
Condit arenæ.

In multis escis erit infirmitas, &c. propter crapulam  
 multi obierunt: qui autem abstinens est,  
 adiiciet vitam. *Eccles. 37. 33.*



*Qui sua dat ventri miseris qua tollit egenis,  
 Sublatus morbis in Phlegethonte iacet.  
 Qui pellem curat, nunquam solet esse benignus,  
 Christi procurans esuriente gulam.*

Sirenes dominantur orbe toto  
Tres (quæ pectora leniunt suavi  
Multorum modulamine, indigentis  
Ut turbæ immemores malos in usus  
Dispensent sibi creditum talentum)  
Vita dedita luxurj, elegante &  
Stringens fucos oculos fugacis æui,  
Nec non splendida, mancipare luxus  
Ora quibus rigidis juvat lupatis,  
Saltus, aëra, & æquoris fatigant  
Vndas, infatiabili barathro.  
Ut satifaciant gulæ voracis.  
Securi nimium suæ salutis  
Noctes atq; dies mero incalescunt,  
Obversoq; inopum graveis querelas  
Tergo rejiciunt, Iehova Christus  
Quorum illos voluit necessitati  
Ire suppetias, opum redundans  
Queis rivus fluit. Imminere quanquam  
Non credunt sibi iudicî supremi  
Tempus omnibus impijs timendum.  
Tortor ossa medullitûs cruentus  
Illorum est tamen, atq; mille secum  
Morborum genera advehit senectam  
Effratam cruciantium gulonum,  
Quos sulphur manet ignibus remistis  
Vitæ curriculo malæ peracto.

Vidésne quòd ego habitem in domo cedrina, & arca  
Dei posita sit in medio pellium?

2. Reg. 7. 2.



Plus canibus lauti praebeant nitidisq; caballis,  
Quàm membris Christi, quae simulachra Dei  
Qua referant magnis occludunt ostia parvis.  
Christus eis claudet templa serena poli.

**V**erè soli sunt noxia pondera  
 Vitalis auræ & lumen amabile  
 Haurire monstra indigna, quorum  
 Corda adeò furiat superbo  
 Fastu Megæra, ut solliciti magis  
 Sint de molossùm luxuriantium.  
 Vorace rictu, psittacisq;  
 χαίρε suum resonare doctis,  
 Et prole equorum de insatiabili,  
 Famelico quam de grege pauperum  
 Explerier micis volentùm,  
 Quas avidi rapiunt catelli.  
 Auro nitent & \* veste holoserica  
 Non cogitantes fœtida, ferculis  
 Quæ delicatis nunc opimant,  
 Corpora vermiculis futura  
 Escam: at remotis in stabulis miser  
 Christus relictus non habet optimum  
 Quò verticem reclinet, artus  
 Quo ve gelu foveat trementeis.  
 Cælo minantes vertice sumptibus  
 Domos sibi prægrandibus extruant,  
 Et ne locus sit pauperi ædes  
 Ædibus adfocient superbas:  
 Mortis tamen non expedient caput  
 Plagis, perennis manere gaudij  
 Nec perfruentur, sed migrabunt  
 In stjigijs loca fœta flammis  
 Fœdo soluti carcere corporis;  
 Refrigerari & guttulâ aquæ sibi  
 Linguas volent incassùm, Abrahæ  
 Cum sinus excipiet misellos.

\* In hos aptè  
 quadrat illud  
 Plautinum.  
 Pulchrum  
 ornatum tur-  
 pes mores pe-  
 ius cœno col-  
 linuat.

INIUSTA RERVM CVSTODIA.

Iudicium sine misericordia illi qui non  
fecit misericordiam.

*Jacob. 2. 13.*



*Iniuste seruat luxus iniusta libido:*

*Horrea quam seruos plus facit illa Dei.*

*Cor, nummos, aures querulis obturat egenis*

*Flexuram credis voce querente Deum?*

**Q**uæcunq; tellus largifluo \* sinu  
 Complectitur quum sint Patris Optimi  
 Rerum; profanâ voce quis audeat  
 Tonare; Quicquid possideo meum est:  
 Suarum iniquos œconomos opum  
 Sic sæpè cogit Tisiphone loqui,  
 Audace furto qui sibi vendicant  
 Quodcunq; Summi dextra \* dedit Patris.  
 Hi pauperum aureis questibus obsecrant,  
 Et Christiani audire \* volunt tamen  
 Insigniores; sed, puto, nesciunt  
 Quid Christianos dedecet viros,  
 Obliviosâ mente salubria  
 Quàm iussa christi prætereant suos  
 Farcire ventres, scrinia & aureâ  
 Implere gazâ solliciti magis,  
 Quàm pauperum macra ora cibo: quibus  
 Collata largis munera dexteris  
 Christus sibi conferri ait. Hinc liquet  
 Quàm lucriones hos maneat grauis  
 Pœna, ultimæ clangore tubæ Dei  
 Cum Filio sistentur & audient  
 Suarum iniquis œconomis opum  
 Præclusa cœli flammigeri ostia.

Tunc serò discent non sine maximo

Malo, nefas quàm grande sit impiè

Tonare; **QUICQUID POSSIDEO MEVM EST,**

Et pauperum aureis claudere questibus,

\* Vititur quo-  
 q; hoc epithe-  
 to I. Douza  
 lib. 2. An. Hol  
 quanquã de  
 re alia sermo  
 est: Vida au-  
 tem tribuit  
 terrâ Omni-  
 ferum gremiũ  
 lib. 3. christ.


\* Θεὸς γὰρ  
 ἰδὲν εὐτυ-  
 χεῖ ἔργων  
 ἀνευ: Μεν.

\* Hellenism<sup>o</sup>  
 ut ἀνέειν 2-  
 pud Nonniũ  
 in cap. 1. Ioh.  
 v. 14.

LIBERALITAS COERCETVR V<sup>t</sup>  
DITETVR HÆRES.

Qui dat pauperi, non indigebit : qui despicit  
deprecantem ; sustinebit penuriam.

*Proverb. 28. 27.*



*Diffidens Domino cumulat patrimonia natis:  
Et multos, cupiens plurima, egere facit.  
Consdit nummis, posita quos seruat in olla:  
Ore Deo psallit, corda sed are fouet.*



**D**iffidens Domino *πλαστοδοτηρι*  
Et minuens turbæ munera egenæ

Ingenteis cumulat diues acervos  
Argenti, natos ut locupletet.

Non hic verus amor diues avaræ,  
Sed mera stultitia est infidiasq;

Ipse struis natis exitiales:

Nuda etenim illorum corpora spinis

Imponis verbi semina sancti

Suffocantibus, ut pectore in imo

Radices possint haud agere unquam.

Cuius mens adeo est percitâ flagris

Tisiphones nato ferre uti tradat

Ensem, læsurus quo fiet artus,

Aut sternacis equi dura domare

Ora, rei indoctus qui sit equestris?

Hic furor exagitat scilicet illum,

Oblitum turbæ questuum egenæ

Quem bona longo quæsita labore

Viq; iuuat clausis condere cistis,

Affluat ut gazâ diuite natus.

Commodiùs per acus ire foramen

Immanis poterunt terga cameli,

Hic quam per librati ostia cœli.

Quilibet ergo Deo *πλαστοδοτηρι*

Confidat toto corde, pios qui

Nunquam deseruit rebus in arctis.

Qui seminat in benedictionibus, de  
benedictionibus & metet.

2. Corinth. 9. 6.



At pius à Christi verbis & nomine pendens,  
Ieiunat, miseris largus ut esse queat.  
Certus enim natos se bonere posse parentem:  
Nunquam sed Dominum posse fugare suos.

<b>N</b> on verbis modò, linguæ	A Stellantis olympi
Drusi interpretū Ebrææ	Regnatore, plagisq;
Nostro tempore Phœnix,	Ditis impediuntur.
Sed factis etiam te	Felix terq; quaterq;
Verum discipulum esse	Drusi, in quo veteris se
Christi testificaris.	Recti exempla serenâ
Non enim, tibi larga	Produnt luce! Beatum
Quæ indulgentia cœli	Hoc vitæ genus olim
Effudit, bona nigris	Doctè concelebrauit
Terrarum tegis antris,	Iesidæ lyra, sancti &
Nec* luxû populanda	Dillexere Prophetæ:
Exponis, sed iisdem	Quorum verba latinis
Tam cautè uteris, ut nec	A te reddita verbis
Natis nec tibi quicquam	Æui nulla vetustas
Desit. Si qua laboret	Dente edace abolebit.
Victu 4	Quicumq; ergo laborat
G. 158.	Scire diuitiarum
Fidens turba Parenti,	Quis verus fiet usus,
Huius questibus* ultrò	In te lumina figat
Te bonum faciemq;	Drusi maxime, & aptum
Offers, ne malesuadâ	Vitæ exemplar habebit.
Paupertate trahantur	

\* κατ

ἀπορο

πην

ut me-

tu t Æ

261.

vicu 4

G. 158.

\* id e-

nim

BIS

GRA-

TVM

EST.

G

SVMPTVVM MINVTIO VT LIBERALI-  
TAS AVGEATVR.

Quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives,  
vt illius inopia diuites essetis. 2. Corinth. 8. 9.

Qui habet duas tunicas, det non habenti.

LUC. 3. 11.



Optimus ille Deo similem qui præstat amorem,  
Ut fiat pauper, factus ut ante Deus,  
Imminuit sumptum luxus quo donet egenis  
Ve largi illis fiat imago Dei.

M. Iacob Martinio

*Philosophia Aristotelica in Lycéo Leucoreo  
professori fama celebritate notissimo.*

Quod de diuiteriuo opum  
Impendunt alij mancipijs Bromi  
Et damnosæ Amathuntidis,  
Tu Martiniade corde pio colens  
Iovam, parcius uteris,  
Indulgesq; animo parcius, ut fame  
Preisos Christicolas tuâ  
Sustentare queas munificentia.  
Non audita recenseo  
Sed visa antè mihi, te duce primitus  
Carmen cum rudibus modis  
Nordæ construerem, cumq; Sophisticis  
Te monstrante viam plagis  
Extricare meos inciperem pedes.  
Hæc gratissima Maximo  
Rectori pietas ætheris; hæc Dei  
Factis proxima Filij:  
Qui cœlo tremulis peruigili ignibus  
Lictò pauperie premi  
In terris voluit, regni uti diuitis  
Hæredes faceret lue  
Primævâ stigijs implicitos aquis.  
Huic, Martiniade meis  
Olim de studijs promerite optime,  
Te commendo fidelibus,  
Vt fas est, precibus, carcere corporis  
Vt migrantem animam tuam  
Abrahæ excipiat lætifico sinu.

Tunc dicet his qui à dextris erunt, Venite benedicti Patris  
 mei, possidete paratum vobis regnum: &c. Illis verò  
 qui à sinistris, Discedite à me maledicti in  
 ignem æternum, &c. *Matth. 25.*



*Dives in opusque simul patienter ferte laborem,  
 Ut detis vigili partem labore piis.  
 Sic ut oves Christum venientem in nube feretis  
 A me, cum fuci dicet, abite mali.*

**Q**uicquid in hac fragili terrarum fede patrat,   
 Seu sceleris seu sit pietatis voce notandum,   
 Iudicis illius mentem non præterit ullo   
 Tempore, qui nunquam declinat lumina somno,   
 Sed vigili cordis \* rimatur mente latebras.   
 Hic, tuba cum educet mutis clangore sepulchris   
 Ultima lætifico justos tristiq; nocentes,   
 Præmia retribuet vel pœnas cuiq; peractæ   
 Pro meritis vitæ. Si quem ergo rebus acerbis   
 Seu meritò siue immerito \* contristat egestas,   
 Omni animi studio vitet malefacta feratq;,   
 Vndiq; queis premitur, patienti corde labores;   
 Otia ne sectans substernat fortè maligni   
 Cervici Sathanæ pulvinar. Dextera Summi   
 Cuj modicas indulsit opes Patri, utitor îsdem   
 Tali animo, luxus sibi ne disuasor honesti   
 Turpiter imperitet, lucriue scelestæ cupido,   
 Mater \* auarities scelerū aut fœcunda. Redundans   
 Rivus opum cui jugè fluit, sibi scrinia quærat   
 Viua, suo annorum quæ scabro dente vetustas   
 Non peredat, nec blatta voret, cariesue refringat.   
 Verus hic usus opū est sanctâ testante Supremi   
 Lege Dei. Hilætis ô quàm verba ultima christi   
 Auribus excipient, Patris benedieta VENITE   
 Turba mei! At reliquis in quos dominatur abusus   
 Fœdus opum, tristis vox hæc labetur ad aureis;   
 Ignis in æterni maledicti tartara ABITE.

\* Vnde dicitur   
 καρδιογνώστης   
 Act. cap. 1.

\* Sic H. Steph   
 explicat   
 δαίμων πένιου   
 in gñōpīs   
 Menandri.


\* Bioni dicitur   
 κακίας   
 μητρόπολις,   
 Et Apost. Pau   
 Ιορίζα πάντων   
 κακῶν.

**F I N I S.**









e/d Nov 1883

L.

2





